Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

diuidi nequeant: Sic cum qua in principio falsum susceperat: conse
quentium rerum necessitas ad deliramenta perduxit: Vbi sunt aut unde
istra corpuscula: Cur nemo illa preter unum Leucippum comprehendit: a
quo Democritus eruditus hereditatem stultitiae reliquit epicuro:
Quae si sunt corpuscula & quidem solida: ut dicuntur: sub oculos
certe venire possunt: Si eadem est natura omnium: quo res uarias
efficiunt: Vario inquit ordine. ac positione conueniunt: sicut ex q̃ cum
sint pauca: uarie tamen collocata: innumerabilia uerba conficiunt. At
hae varias formas habent ita inquit: & hae ipsa primordia: Nam sunt
aspera. sunt hamata. sunt leuia: Secari ergo ac diuidi possunt: si ali
quid inest illis: quod emineat: Si autem leuia sunt & humoris indigent:
cohaerere non possunt: Hamata igitur esse oportet: ut possint inuicem
conatenari: Cum uero tam minuta esse dicantur: ut nulla ferre ac
disici ualeant: quo hamos aut angulos habent: Quos: quia extinc
tae est: posse diuelli: Deinde quo federe inter se qua mente conuen
iunt: ut ex his aliquid constituatur: Si sensu carent: nec corporaliter dispo
sita possunt: Quia non potest quicquam rationale efficere: nisi ratio: Quis
tis coaguli hec uanitas potest: sed properat oratio: Hic est ille qui genus
humanum supauit: & omnis extinxit stellas exortus: ut ethereus sol:
Quos equidem uersus nunquam sine risu legere possum: Non hi de socra
te aut platone aut saltem dicebatur: qui uelut regis hunc plorum: sed
de homine: quo simo ac uigente nullus eger ineptius deliraut: Itaque
poeta maximus leonis laudibus mure non ornauit: seb obruit & ob
truit: Ac idem nos liberat metu mortis: de qua hec ipsius expressa uer
ba sunt: Quando nos sumus mors non est: Cum mors est nos non sumus
Mors ergo nihil ad nos. Quare nos fefellit: qui uero transacta mors
timeatur: qua iam sensus ereptus est: ac non ipsum mori quo sensus
eripitur: Est hi. tempus aliquod: quo & nos iam non sumus & mors tu
nondum est: Idque ipsum uidetur esse miserum. q̃ et mors esse incipit
& nos esse desinimus: Hec frustra dictum est: Mors miseria non est:
Aditus ad mortem est miseria: hoc est morbo tabescere: ictum pperi. ferri
corpe excipere. ardere igni. dentibus bestiarum laniari: Hec sunt que
timentur: non quia mortem afferunt: sed quia dolorem magnum: Qui
potius effice: ne dolor malum sit: omnium malorum maximus est: Qui
ergo non possum non timere: sed id: quod mortem antecedit: aut effic
malum est: Quod: q̃ totum illud argumentum falsum est: Quia
non intereunt animae: Vere inquit: Nam quod cum corpe nascit:

cũ corpe